



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei Matrem Mariam Pietas

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

Hevenesi, Gábor

Coloniæ Agrippinæ, [ca. 1708]

IX. Aprilis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50961](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50961)

B. Guilielmus è montis Pessulani Dynasta
Cisterciensis Monachus, quantum in vita
Mariam dilexerit, post mortem patuit, dum
ejus cadavere in sepulchrum illato lilium pul-
cherrimum ex ore progerminavit, cujus foliis
in scriptæ aureis literis legebantur voces: Ave
Maria. *Men. Cisterc.* Ex omnibus floribus or-
bis charissima Mariæ sunt lilia.

B. Guilielme adjuva conatus meos, ut lin-
gua mea, prætextati sermonis ignara tot ina-
niloquia suppleat, iisque omissis, quæ spiritum
refacere possent, laudes omni die dicat Ma-
rianas, & ultimus loquentis conatus fit dice-
re: Jesu, Maria, Joseph. O Sanctissima Dei, &
mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissi-
mus filius tuus ex toto corde, omnibusque
tam corporis, quam animæ viribus centies
millies, imò infinities te saluto: te omni possi-
bili &c. *fol. 2.*

Ad quod impetrandum: Linguam obse-
quis Marianis hodie dicabo, & Sanctum no-
men linguâ terræ inarabo.

Deus suâ potentiâ parando cuncta Pater est
ac Dominus omnium: nonne Beata Dei Geni-
trix suis meritis cuncta reparando, Mater est,
ac Domina rerum? *S. Aug. 10. 10. ser. 35. de Nat.*

Quæstio: An unam Dei param, plus amet
Deus, quam omnes Sanctos, & Angelos inclu-
sive? *v. Suar. 3. p. tr. 2. d. 18. sec. 4.*